CAP. XXXI.
De Principalibus Theſibus
Jeſ. Dez, p. 472. ſeqq.

Diſputatio XXXI. Reſpondente M. Paulo Chriſtiano Hilſcher / Waldh. Miſn.

§. I.

NExum hujus & antecedentis capitis facilè intelligis. Hypotheſibus nimirũ ibi ſubſtratis theſes hic, quæ illis innitantur, haud ineptè ſubjiciuntur. Sed cùm ficulneas illas, potiùs ſtramineas eſſe, jam oſtenderim; hæ, quales futuræ ſint, conjecturâ, me tacente, aſſequi potes. Fundamentum enim niſi probe jeceris, quicquid ſuperſtruxeris, corruet:

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375899480/877 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG